

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Statuts de la Leproserie Saint Lazare de Montpellier dated to the middle of the 12th century.

- In: Leon Le Grand: Statuts d'hôpitals-dieu et de leproseries. Alphonse Picard, Paris, 1901, p.181-183

1149-1158	Raymond, Bishop of Montpellier, France	Statute of the Saint Lazare Leprosarum at Montpellier
-----------	---	--

COLLECTION DE TEXTES
POUR SERVIR A L'ÉTUDE ET A L'ENSEIGNEMENT DE L'HISTOIRE

STATUTS D'HÔTELS-DIEU ET DE LÉPROSERIES

RECUEIL DE TEXTES DU XII^e AU XIV^e SIÈCLE

PUBLIÉ PAR

LÉON LE GRAND

ARCHIVISTE AUX ARCHIVES NATIONALES



PARIS

ALPHONSE PICARD ET FILS, ÉDITEURS

Libraires des Archives nationales et de la Société de l'École des Chartes

82, RUE BONAPARTE, 82

—
1901

DEUXIÈME PARTIE
STATUTS DE LÉPROSERIES

I

STATUTS DE LA LÉPROSERIE SAINT LAZARE
DE MONTPELLIER

Milieu du XII^e siècle¹.

Manuscrits. Archives municipales de Montpellier, *Grand Thalamus*, fol. 39 v^e et *Livre noir*, fol. 48 r^e. — *Éditions.* *Gallia christiana*, t. VI, *Instrumenta*, col. 355 (fragments), et A. Germain. *De la charité publique et hospitalière à Montpellier, au moyen âge*. Montpellier, 1859, in-4^e, pièces justific., n° 1. (Extr. des *Mém. de la Soc. archéol. de Montpellier*). C'est d'après l'édition de A. Germain que nous reproduisons ce texte.

Decretum venerabilis Raymundi, Magalonensis ecclesie episcopi, dominique Johannis, Sancti Firmini archipresbiteri, et domini Guillelmi Montispessulani et domine Ermessendis, ejusdem Guillelmi avie, videlicet tam clericorum quam et burgencium, quod in perpetuum in domo infirmorum de Ponte Castellinovi servetur.

1. Si quis infirmorum, super hoc quod tenendum constituiimus, voluntate propria hoc conaretur infringere, de domo ex toto expellatur, quod amplius ad eam non reddeat. Si autem in domo habitaverit et lites cotidianas in ea fecerit,

1. L'évêque Raymond qui édicta cette règle occupa le siège épiscopal de Montpellier de 1129 à 1158; Guillaume VII, petit-fils d'Ermessant, fut comte de 1149 à 1172.

et eam domum assidue conturbaverit, pecunia sua quam dedit non reddatur ei, quia fratres suos in discordiam et iram concitavit. Si filius pacis noluerit esse nec permanere, exeat a domo, quia parum fermenti totam massam corrumpit¹, ut dicit Apostolus, et nichil quod de domo est et secum attulit secum non ferat.

2. Si in infirmitate jacuerit et testamentum facere voluerit, non liceat ei facere nisi licencia aministratorum illius loci, quia in ore duorum vel trium test[ium] stat omne verbum.

3. Hec sunt precepta que salutem animarum suarum eis subsecuntur : Si misellus vel misella, leprosus vel leprosa recipi in domo voluerit, primum se Deo dare et servire, et hobedienciam aministratoribus promittat. Si dixerit se nullam velle promittere obedienciam, non recipiatur. Si promiserit et pecuniam quam secum attulit aministratoribus ded[er]it, per VIII dies servetur, et in decimo die coram omnibus fratribus vocetur, et interroggetur si conversatio eorum ei placuerit. Si sibi placuerit, maneat in loco usque ad mortem. Si vero conversatio loci ei non placuerit, pecunia sua ei reddatur et exeat.

4. Hec sunt precepta que per hobedienciam observare debetis : Sicut per inhobedienciam primi hominis mors intravit in mundum, ita per passionem Jhesu Christi vita nobis eterna datur et promittitur. Ideo nolite fieri fornicatores, neque contentiosi, neque fures, neque maledici, neque rapaces, neque adulatores, neque alicujus hominis percussores, neque indumentorum vestrorum vel cibariorum qui ante vos in mensa ponuntur venditores; neque inter vos discordiam habeatis. Et si aliquis vel aliqua ab hujusmodi preceptis abstinere voluerit, de domo ejiciatur, quoniam Dominus dicit in Evangelio : « Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; beati mites quoniam ipsi possidebunt vitam eternam; beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur »².

1. « Modicum fermentum totam massam corrumpit. » *1 Cor.*, V, 6.

2. Matth. V, 9, 4 et 7. La citation n'est pas tout à fait exacte; le texte sacré porte : « Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. »

5. De horis ecclesie ita observare debetis : Quum fratres vel sorores signum campane sonare audierint, cito surgant et ad ecclesiam pergant cum silencio eundo et redeundo et in ecclesia Domino pro universis beneficiis suis gratias reddant et pro eorum benefactoribus, ut eorum Dominus peccata solvat, assidue preces fundant, quia, sicut ipsi eorum elemosinis sustentantur, ita orationibus suis benefactorum suorum peccata a Domino relaxentur. Et finitis missarum solemnipiis, ordinate unusquisque ad suam cellulam reddeat.

6. Si vero aliqua vel aliquis infirmaverit et ad ecclesiam venire non potuerit, penitenciam quam sacerdos ei injunxit faciat.

7. Et pro mortuo aliquo, ejus elemosinam receperunt, *xiii Pater noster* dicant et similiter singulis diebus sepcties *Pater noster*. Et si aliquis eorum litteratus fuerit, singulis diebus vii psalmos penitenciales et in obitum alicujus fratris psalterium legant.

8. Si autem aliquis vel aliqua se infirmum vel infirmam finxerit et ad ecclesiam venire noluerit, et hoc ab aliquo fratre vel aliqua sorore cognitum fuerit, et ab eis privatim correctus vel correcta fuerit, tertio, si post correctionem illorum castigare noluerit, amministratoribus demonstrent, et eos in pane et aqua vii diebus in medio refectorio jejunare faciant.

9. Post refectionem vero omnes ad ecclesiam Domino gratias agendo veniant et postea cum silentio dormitum, estivo tempore, cant. Postquam vero de dormitione surrexerint, Domino gratias reddant et sine derisione vel peccato diem peragant.

10. Si hec mandata predicta, fratres karissimi, cum bona voluntate observaveritis, remissionem omnium peccatorum vestrorum et vitam eternam de Domino Ihesu Christo habebitis et insuper abundanciam omnium bonorum et graciam et amicitiam ab omnibus qui hoc audierint.
